



*Inter Multiplices Una Vox*

Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana

Recapito postale: c/o Nagni Sonia, via Tetti Grandi, 9, 10022 Carmagnola (TO)

Tel. 011.972.23.21; fax: 011.550.18.15 - C/C postale n° 27934108

indirizzo internet: [www.unavox.it](http://www.unavox.it) - indirizzo posta elettronica: [unavox@cometacom.it](mailto:unavox@cometacom.it)

Torino 2011 - Pro manuscripto



PONTIFICIA  
COMMISSIO  
« ECCLESIA DEI »

## ISTRUZIONE

### *Universae Ecclesiae*

sull'applicazione della  
Lettera Apostolica Motu Proprio data  
*Summorum Pontificum*  
di S. S. Benedetto PP. XVI

Testo italiano con testo latino a fronte

Trascritta a cura di *Inter Multiplices Una Vox* - Torino

© Copyright 2011 - Libreria Editrice Vaticana

**INSTRUCTIO**  
**Ad exsequendas Litteras Apostolicas**  
**Summorum Pontificum**  
**a S. S. BENEDICTO PP. XVI Motu Proprio datas**

**I. Prooemium**

1. **Universae Ecclesiae** Litterae Apostolicae *Summorum Pontificum* Benedicti PP. XVI, die 7 iulii a. D. 2007 motu proprio datae atque inde a die 14 septembris a. D. 2007 vigentes, Romanae Liturgiae divitias reddiderunt propiores.

2. Hisce Litteris Motu Proprio datis Summus Pontifex Benedictus XVI legem universalem Ecclesiae tulit ut regulis nostris temporibus aptioribus quoad usum Romanae Liturgiae anno 1962 vigentem provideret.

3. Sedula *Summorum Pontificum* sollicitudine hac in Sacrae Liturgiae cura necnon et in recognoscendis liturgicis libris memorata, Sanctitas Sua antiquum principium in mentem revocavit, ab immemorabilibus receptum et in futurum servandum: «*unaquaque Ecclesia particularis concordare debet cum universali Ecclesia non solum quoad fidei doctrinam et signa sacramentalia, sed etiam quoad usus universaliter acceptos ab apostolica et continua traditione, qui servandi sunt non solum ut errores vitentur, verum etiam ad fidei integritatem tradendam, quia Ecclesiae lex orandi eius legi credendi respondet*»<sup>1</sup>.

4. Insuper, Apostolicus Dominus et Romanos Pontifices commemorat, qui hac in cura maximopere meriti sunt, praesertim S. Gregorium Magnum et S. Pium V. Summus Pontifex etiam recolit inter liturgicos libros, *Missale Romanum* semper eminuisse, prolabantibusque saeculis incrementa novisse, usque ad beatum Papam Ioannem XXIII. Deinde, cum instauratio liturgica post Concilium Vaticanum II ageretur, Paulus VI anno 1970 novum Missale usui Ecclesiae Ritus Latini destinatum adprobavit, quod postea in plures linguas translatum fuit cuiusque editio tertia anno 2000 a Ioanne Paulo II est promulgata.

5. Nonnulli vero Christifideles, spiritu rituum liturgicorum Concilio Vaticano II anteriorum imbuti, desiderium praecipuum patefecerant antiquam servandi traditionem. Quam ob rem Ioannes Paulus II, speciali Indulto a Sacra Con-

1 - BENEDICTUS XVI, *Litterae Apostolicae Summorum Pontificum Motu Proprio datae*, I, AAS 99 (2007) 777; cf. *Institutio Generalis Missalis Romani*, tertia editio 2002, n. 397.

31. Soltanto negli Istituti di Vita Consacrata e nelle Società di Vita Apostolica che dipendono dalla Pontificia Commissione *Ecclesia Dei* e in quelli dove si mantiene l'uso dei libri liturgici della *forma extraordinaria*, è permesso l'uso del *Pontificale Romanum* del 1962 per il conferimento degli ordini minori e maggiori.

***Breviarium Romanum***

32. Viene data ai chierici la facoltà di usare il *Breviarium Romanum* in vigore nel 1962, di cui all'art. 9 § 3 del Motu Proprio *Summorum Pontificum*. Esso va recitato integralmente e in lingua latina.

**Il Triduo sacro**

33. Il *coetus fidelium*, che aderisce alla precedente tradizione liturgica, se c'è un sacerdote idoneo, può anche celebrare il Triduo Sacro nella *forma extraordinaria*. Nei casi in cui non ci sia una chiesa o oratorio previsti esclusivamente per queste celebrazioni, il parroco o l'Ordinario, d'intesa con il sacerdote idoneo, dispongano le modalità più favorevoli per il bene delle anime, non esclusa la possibilità di ripetere le celebrazioni del Triduo Sacro nella stessa chiesa.

**I Riti degli Ordini Religiosi**

34. È permesso l'uso dei libri liturgici propri degli Ordini religiosi in vigore nel 1962.

***Pontificale Romanum e Rituale Romanum***

35. È permesso l'uso del *Pontificale Romanum* e del *Rituale Romanum*, così come del *Caeremoniale Episcoporum* in vigore nel 1962, a norma del n. 28 di questa Istruzione e fermo restando quanto disposto nel n. 31 della medesima.

*Il Sommo Pontefice Benedetto XVI, nell'Udienza concessa il giorno 8 aprile 2011 al sottoscritto Cardinale Presidente della Pontificia Commissione Ecclesia Dei, ha approvato la presente Istruzione e ne ha ordinato la pubblicazione.*

Dato a Roma, dalla Sede della Pontificia Commissione Ecclesia Dei, il 30 aprile 2011, nella memoria di san Pio V.

William Cardinale Levada *Presidente*  
Mons. Guido Pozzo *Segretario*

31. Dumtaxat Institutis Vitae Consecratae et Societatibus Vitae Apostolicae Pontificiae Commissioni *Ecclesia Dei* subditis, et his ubi servatur usus librorum liturgicorum *formae extraordinariae*, licet Pontificali Romano anni 1962 uti ad Ordines maiores et minores conferendos.

#### **De Breviario Romano**

32. Omnibus clericis conceditur facultas recitandi Breviarium Romanum anni 1962, de quo art. 9, § 3 Litterarum Apostolicarum *Summorum Pontificum*, et quidem integre et Latino sermone.

#### **De Triduo Sacro**

33. Coetus fidelium, anteriori traditioni liturgicae adhaerens, iure gaudet, si sacerdos idoneus adest, celebrandi et ipsum Sacrum Triduum iuxta *extraordinariam formam*. Deficiente autem ecclesia vel oratorio ad huiusmodi celebrationes exsequendas exclusive deputatis, parochus aut Ordinarius, communi de consilio cum idoneo sacerdote, favorabiliores praebeant occasiones pro bono animarum assequendo, haud exclusa possibilitate reiterandi Sacri Tridui celebrationes in ipsa ecclesia.

#### **De Ritibus Religiosorum Ordinum**

34. Sodalibus Ordinum Religiosorum licet uti propriis libris liturgicis anno 1962 vigentibus.

#### **De Pontificali Romano et de Rituali Romano**

35. Salvo quod sub n. 31 huius Instructionis praescriptum est, ad mentem n. 28 ipsius Instructionis licet Pontificale Romanum, Rituale Romanum et Caeremoniale Episcoporum anno 1962 vigentia adhibere.

*Summus Pontifex Benedictus PP. XVI, in Audientia die 8 aprilis a. d. MMXI subscripto Cardinali Praesidi Pontificiae Commissionis «Ecclesia Dei» concessa, hanc Instructionem ratam habuit et publici iuris fieri iussit.*

Datum Romae, ex Aedibus Pontificiae Commissionis *Ecclesia Dei*, die 30 aprilis a. D. MMXI, in memoria S. Pii V.

Gulielmus Cardinalis Levada Praeses  
Vido Pozzo A Secretis

## **ISTRUZIONE sull'applicazione della Lettera Apostolica Motu Proprio data *Summorum Pontificum* di S.S. Benedetto PP. XVI**

### **I. Introduzione**

1. La Lettera Apostolica, *Summorum Pontificum Motu Proprio data*, del Sommo Pontefice Benedetto XVI del 7 luglio 2007, entrata in vigore il 14 settembre 2007, ha reso più accessibile alla Chiesa universale la ricchezza della Liturgia Romana.

2. Con tale Motu Proprio il Sommo Pontefice Benedetto XVI ha promulgato una legge universale per la Chiesa con l'intento di dare una nuova normativa all'uso della Liturgia Romana in vigore nel 1962.

3. Il Santo Padre, dopo aver richiamato la sollecitudine dei Sommi Pontefici nella cura per la Sacra Liturgia e nella ricognizione dei libri liturgici, riafferma il principio tradizionale, riconosciuto da tempo immemorabile e necessario da mantenere per l'avvenire, secondo il quale «ogni Chiesa particolare deve concordare con la Chiesa universale, non solo quanto alla dottrina della fede e ai segni sacramentali, ma anche quanto agli usi universalmente accettati dalla ininterrotta tradizione apostolica, che devono essere osservati non solo per evitare errori, ma anche per trasmettere l'integrità della fede, perché la legge della preghiera della Chiesa corrisponde alla sua legge di fede»<sup>1</sup>.

4. Il Sommo Pontefice ricorda inoltre i Pontefici Romani che, in modo particolare, si sono impegnati in questo compito, specificamente San Gregorio Magno e San Pio V. Il Papa sottolinea altresì che, tra i sacri libri liturgici, particolare risalto nella storia ha avuto il *Missale Romanum*, che ha ricevuto nuovi aggiornamenti lungo il corso dei tempi fino al Beato Papa Giovanni XXIII. Successivamente, in seguito alla riforma liturgica posteriore al Concilio Vaticano II, Papa Paolo VI nel 1970 approvò per la Chiesa di rito latino un nuovo Messale, poi tradotto in diverse lingue. Papa Giovanni Paolo II nell'anno 2000 ne promulgò una terza edizione.

5. Diversi fedeli, formati allo spirito delle forme liturgiche precedenti al Concilio Vaticano II, hanno espresso il vivo desiderio di conservare la tradizione antica. Per questo motivo, Papa Giovanni Paolo II con lo speciale Indulto *Quattuor*

<sup>1</sup> - BENEDETTO XVI, *Lettera Apostolica Summorum Pontificum Motu Proprio data*, AAS 99 (2007) 777; cf. *Ordinamento generale del Messale Romano*, terza ed. 2002, n. 397.

gregatione pro Sacramentis et Cultu Divino anno 1984 concesso, “*Quattuor abhinc annos*”, facultatem dedit utendi Missali Romano a beato Papa Ioanne XXIII promulgato, attentis tamen quibusdam conditionibus. Praeterea ipse Ioannes Paulus II Litteris Apostolicis *Ecclesia Dei* motu proprio anno 1988 datis, Episcopos ad magnanimum liberalitatem huius facultatis concedendae, ad bonum omnium christifidelium id postulantium, adhortatus est. Similiter et Papa Benedictus XVI promulgando Litteras Apostolicas *Summorum Pontificum* nuncupatas egit, de quibus vero quaedam principia essentialia ad Usum spectantia Antiquiorem Ritus Romani quam maxime heic recolere praestat.

6. Textus Missalis Romani a Paulo VI promulgati, et textus ad ultimam usque editionem Ioannis XXIII pertinentes, duae expressiones Liturgiae Romanae exstant, quae respective *ordinaria* et *extraordinaria* nuncupantur: agitur nempe de duobus unius Ritus Romani usibus, qui ad invicem iuxta ponuntur. Nam utraque forma est expressio unice Ecclesiae legis orandi. Propter venerabilem et antiquum usum *forma extraordinaria* debito honore est servanda.

7. Litteras Apostolicas *Summorum Pontificum* motu proprio datas comitatur Epistola ab ipso Summo Pontifice eodem die subsignata (7. VII. 2007), in qua fuse de opportunitate necnon et de necessitate ipsarum Litterarum agitur: leges recentiores erant nempe ferendae, deficientibus regulis quae usum Liturgiae Romanae anno 1962 vigentem plane ordinarent. Insuper recentiore legislatione opus erat quia, edito novo Missali, non est visum cur regulae edendae essent quoad usum Liturgiae anni 1962. Increscentibus magis magisque in dies fidelibus expostulantibus celebrationem *formae extraordinariae*, leges autem erant ferendae. Inter cetera monet Benedictus XVI: «*Inter duas Missalis Romani editiones nulla est contradictio. In historia liturgiae incrementum et progressus inveniuntur, nulla tamen ruptura. Id quod maioribus nostris sacrum erat, nobis manet sacrum et grande, et non licet ut repente omnino vetitum sit, neque ut plane noxium iudicetur*»<sup>2</sup>.

8. Litterae Apostolicae *Summorum Pontificum* eminenter expriment Magisterium Romani Pontificis eiusque munus regendi atque Sacram Liturgiam ordinandi<sup>3</sup>, ipsiusque sollicitudinem utpote Christi Vicarii et Ecclesiae Universae Pastoris<sup>4</sup>. Ipsae Litterae intendunt:

2 - BENEDICTUS XVI, *Epistola ad Episcopos ad producendas Litteras Apostolicas Motu Proprio datas, de Usu Liturgiae Romanae Instaurationi anni 1970 praecedentis*, AAS 99 (2007) 798.

3 - Cf. CIC, can. 838 § 1 et § 2.

4 - Cf. CIC, can. 331.

### La disciplina liturgica ed ecclesiastica

24. I libri liturgici della *forma extraordinaria* vanno usati come sono. Tutti quelli che desiderano celebrare secondo la *forma extraordinaria* del Rito Romano devono conoscere le apposite rubriche e sono tenuti ad eseguirle correttamente nelle celebrazioni.

25. Nel Messale del 1962 potranno e dovranno essere inseriti nuovi santi e alcuni dei nuovi prefazi<sup>9</sup>, secondo la normativa che verrà indicata in seguito.

26. Come prevede il Motu Proprio *Summorum Pontificum* all'art. 6, si precisa che le letture della Santa Messa del Messale del 1962 possono essere proclamate o esclusivamente in lingua latina, o in lingua latina seguita dalla traduzione in lingua vernacola, ovvero, nelle Messe lette, anche solo in lingua vernacola.

27. Per quanto riguarda le norme disciplinari connesse alla celebrazione, si applica la disciplina ecclesiastica, contenuta nel vigente Codice di Diritto Canonico.

28. Inoltre, in forza del suo carattere di legge speciale, nell'ambito suo proprio, il Motu Proprio *Summorum Pontificum*, deroga a quei provvedimenti legislativi, inerenti ai sacri Riti, emanati dal 1962 in poi ed incompatibili con le rubriche dei libri liturgici in vigore nel 1962.

### Cresima e Ordine sacro

29. La concessione di usare la formula antica per il rito della Cresima è stata confermata dal Motu Proprio *Summorum Pontificum* (cf. art. 9 § 2). Pertanto non è necessario utilizzare per la *forma extraordinaria* la formula rinnovata del *Rito della Confermazione* promulgato da Papa Paolo VI.

30. Con riguardo alla tonsura, agli ordini minori e al suddiaconato, il Motu Proprio *Summorum Pontificum* non introduce nessun cambiamento nella disciplina del Codice di Diritto Canonico del 1983; di conseguenza, negli Istituti di Vita Consacrata e nelle Società di Vita Apostolica che dipendono dalla Pontificia Commissione *Ecclesia Dei*, il professo con voti perpetui oppure chi è stato incorporato definitivamente in una società clericale di vita apostolica, con l'ordinazione diaconale viene incardinato come chierico nell'istituto o nella società, a norma del canone 266 § 2 del Codice di Diritto Canonico.

9 - Cf. BENEDETTO XVI, *Lettera ai Vescovi in occasione della pubblicazione della Lettera Apostolica “Motu Proprio data” Summorum Pontificum sull'uso della Liturgia Romana anteriore alla Riforma effettuata nel 1970*, AAS 99 (2007) 797.

### De disciplina liturgica et ecclesiastica

24. Libri liturgici *formae extraordinariae* adhibeantur ut prostant. Omnes qui secundum *extraordinariam formam* Ritus Romani celebrare exoptant, tenentur rubricas relativas scire easque in celebrationibus recte exsequi.

25. In antiquo Missali recentiores sancti et aliquae ex novis praefationibus inseri possunt immo debent<sup>9</sup>, secundum quod quam primum statutum erit.

26. Ad ea quae constabilia sunt in Litteris Apostolicis *Summorum Pontificum*, ad articulum 6, dicendum est quod lectiones Sanctae Missae, quae in Missali anni 1962 continentur, proferri possunt aut solum Latine, aut Latine, vernacula sequente versione, aut in Missis lectis etiam solum vernacule.

27. Quoad regulas disciplinares ad celebrationem *formae extraordinariae* pertinentes, applicetur disciplina ecclesiastica Codicis Iuris Canonici anno 1983 promulgati.

28. Praeterea, cum sane de lege speciali agitur, quoad materiam propriam, Litterae Apostolicae *Summorum Pontificum* derogant omnibus legibus liturgicis, sacrorum rituum propriis, exinde ab anno 1962 promulgatis, et cum rubricis librorum liturgicorum anni 1962 non congruentibus.

### De Confirmatione et de Ordine

29. Facultas adhibendi formulam antiquam ad Confirmationem impertientiam, confirmata est a Litteris Apostolicis *Summorum Pontificum* (cf. art. 9, § 2), proinde non necessario adhibenda est pro *forma extraordinaria* formula recentior, quae in *Ordine Confirmationis* Pauli PP. VI invenitur.

30. Quoad primam Tonsuram, Ordines Minores et Subdiaconatum, Litterae Apostolicae *Summorum Pontificum* nullam obmutationem in disciplina Codicis Iuris Canonici anno 1983 introduxerunt: hac de causa, pro Institutis Vitae Consecratae et Societatibus Vitae Apostolicae Pontificiae Commissioni *Ecclesia Dei* subditis, sodalis votis perpetuis professus aut societati clericali vitae apostolicae definitive incorporatus, per receptum diaconatum incardinatur tamquam clericus eidem instituto aut societati, ad normam canonis 266 § 2 Codicis Iuris Canonici.

9 - Cf. BENEDICTUS XVI, *Epistola ad Episcopos ad producendas Litteras Apostolicas Motu Proprio datas, de Usu Liturgiae Romanae Instaurationi anni 1970 praecedentis*, AAS 99 (2007) 797.

*abhinc annos*, emanato nel 1984 dalla Sacra Congregazione per il Culto Divino, concesse a determinate condizioni la facoltà di riprendere l'uso del Messale Romano promulgato dal Beato Papa Giovanni XXIII. Inoltre, Papa Giovanni Paolo II, con il Motu Proprio *Ecclesia Dei* del 1988, esortò i Vescovi perché fossero generosi nel concedere tale facoltà in favore di tutti i fedeli che lo richiedevano. Nella medesima linea si pone Papa Benedetto XVI con il Motu Proprio *Summorum Pontificum*, nel quale vengono indicati alcuni criteri essenziali per l'*Usus Antiquior* del Rito Romano, che qui è opportuno ricordare.

6. I testi del Messale Romano di Papa Paolo VI e di quello risalente all'ultima edizione di Papa Giovanni XXIII, sono due forme della Liturgia Romana, definite rispettivamente *ordinaria* e *extraordinaria*: si tratta di due usi dell'unico Rito Romano, che si pongono l'uno accanto all'altro. L'una e l'altra forma sono espressione della stessa *lex orandi* della Chiesa. Per il suo uso venerabile e antico, la *forma extraordinaria* deve essere conservata con il debito onore.

7. Il Motu Proprio *Summorum Pontificum* è accompagnato da una Lettera del Santo Padre ai Vescovi, con la stessa data del Motu Proprio (7 luglio 2007). Con essa vengono offerte ulteriori delucidazioni sull'opportunità e sulla necessità del Motu Proprio stesso; si trattava, cioè, di colmare una lacuna, dando una nuova normativa all'uso della Liturgia Romana in vigore nel 1962. Tale normativa si imponeva particolarmente per il fatto che, al momento dell'introduzione del nuovo Messale, non era sembrato necessario emanare disposizioni che regolassero l'uso della Liturgia vigente nel 1962. In ragione dell'aumento di quanti richiedono di poter usare la *forma extraordinaria*, si è reso necessario dare alcune norme in materia.

Tra l'altro Papa Benedetto XVI afferma: «Non c'è nessuna contraddizione tra l'una e l'altra edizione del Messale Romano. Nella storia della liturgia c'è crescita e progresso, ma nessuna rottura. Ciò che per le generazioni anteriori era sacro, anche per noi resta sacro e grande, e non può essere improvvisamente del tutto proibito o, addirittura, giudicato dannoso»<sup>2</sup>.

8. Il Motu Proprio *Summorum Pontificum* costituisce una rilevante espressione del Magistero del Romano Pontefice e del munus a Lui proprio di regolare e ordinare la Sacra Liturgia della Chiesa<sup>3</sup> e manifesta la Sua sollecitudine di Vicario di Cristo e Pastore della Chiesa Universale<sup>4</sup>. Esso si propone l'obiettivo di:

2 - BENEDETTO XVI, *Lettera ai Vescovi in occasione della pubblicazione della Lettera Apostolica "Motu Proprio data" Summorum Pontificum sull'uso della Liturgia Romana anteriore alla Riforma effettuata nel 1970*, AAS 99 (2007) 798.

3 - Cf. CIC, can. 838 § 1 et § 2.

4 - Cf. CIC, can. 331.

- a) Liturgiam Romanam in Antiquiori Usu, prout pretiosum thesaurum servandum, omnibus largire fidelibus;
- b) Usus eiusdem Liturgiae iis re vera certum facere, qui id petunt, considerando ipsum Usus Liturgiae Romanae anno 1962 vigentem esse facultatem ad bonum fidelium datam, ac proinde in favorem fidelium benigne esse interpretandam, quibus praecipue destinatur;
- c) Reconciliationi in sinu Ecclesiae favere.

## II. Munera Pontificiae Commissionis Ecclesia Dei

9. Summus Pontifex Pontificiae Commissioni *Ecclesia Dei* potestatem ordinariam vicariam dignatus est impertire in omnibus rebus intra eius competentiae fines, praesertim circa sedulam observantiam et vigilantiam in exsequendas dispositiones in Litteris Apostolicis *Summorum Pontificum* contentas (cf. art. 12).

10. § 1. Praeter facultates olim a Ioanne Paulo II concessas necnon a Benedicto XVI confirmatas (cf. Litterae Apostolicae *Summorum Pontificum*, art. 11 et art. 12), Pontificia Commissio huiusmodi potestatem exercet etiam in discernendo de recursibus ei legitime commissis, prout hierarchicus Superior, adversus actum administrativum singularem a quolibet Ordinario emissum, qui Litteris Apostolicis videatur contrarius.

§ 2. Decreta quae Pontificia Commissio de recursibus emanat, apud Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae oppugnari possunt ad normam iuris.

11. Pontificiae Commissionis *Ecclesia Dei*, praevia adprobatione Congregationis pro Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, est curare de edendis libris liturgicis ad *formam extraordinariam* Ritus Romani pertinentibus.

## III. Normae Praecipuae

12. Pontificia haec Commissio, vigore auctoritatis sibi commissae et facultatum quibus gaudet, peracta inquisitione apud Episcopos totius orbis, rectam interpretationem et fidelem executionem Litterarum Apostolicarum *Summorum Pontificum* pro certo habere volens, hanc Instructionem edit, ad normam canonis 34 Codicis Iuris Canonici.

18. Anche nei santuari e luoghi di pellegrinaggio si offra la possibilità di celebrare nella *forma extraordinaria* ai gruppi di pellegrini che lo richiedano (cf. Motu Proprio *Summorum Pontificum*, art. 5 § 3), se c'è un sacerdote idoneo.

19. I fedeli che chiedono la celebrazione della *forma extraordinaria* non devono in alcun modo sostenere o appartenere a gruppi che si manifestano contrari alla validità o legittimità della Santa Messa o dei Sacramenti celebrati nella *forma ordinaria* e/o al Romano Pontefice come Pastore Supremo della Chiesa universale.

### Il sacerdos idoneus

(cf. Motu Proprio *Summorum Pontificum*, art. 5 § 4)

20. In merito alla questione di quali siano i requisiti necessari, affinché un sacerdote sia ritenuto «idoneo» a celebrare nella *forma extraordinaria*, si enuncia quanto segue:

- a) Ogni sacerdote che non sia impedito a norma del Diritto Canonico è da ritenersi idoneo alla celebrazione della Santa Messa nella *forma extraordinaria*<sup>7</sup>.
- b) Per quanto riguarda l'uso della lingua latina, è necessaria una sua conoscenza basilare, che permetta di pronunciare le parole in modo corretto e di capirne il significato.
- c) Per quanto riguarda la conoscenza dello svolgimento del Rito, si presuppone idonei i sacerdoti che si presentano spontaneamente a celebrare nella *forma extraordinaria*, e l'hanno usato precedentemente.

21. Si chiede agli Ordinari di offrire al clero la possibilità di acquisire una preparazione adeguata alle celebrazioni nella *forma extraordinaria*. Ciò vale anche per i Seminari, dove si dovrà provvedere alla formazione conveniente dei futuri sacerdoti con lo studio del latino<sup>8</sup> e, se le esigenze pastorali lo suggeriscono, offrire la possibilità di apprendere la *forma extraordinaria* del Rito.

22. Nelle Diocesi dove non ci siano sacerdoti idonei, i Vescovi diocesani possono chiedere la collaborazione dei sacerdoti degli Istituti eretti dalla Pontificia Commissione *Ecclesia Dei*, sia in ordine alla celebrazione, sia in ordine all'eventuale apprendimento della stessa.

23. La facoltà di celebrare la Messa *sine populo* (o con la partecipazione del solo ministro) nella *forma extraordinaria* del Rito Romano è data dal Motu Proprio ad ogni sacerdote sia secolare sia religioso (cf. Motu Proprio *Summorum Pontificum*, art. 2). Pertanto in tali celebrazioni, i sacerdoti a norma del Motu Proprio *Summorum Pontificum*, non necessitano di alcun permesso speciale dei loro Ordinari o superiori.

<sup>7</sup> - Cf. C.I.C. can. 900 § 2.

<sup>8</sup> - Cf. C.I.C. can. 249; cf. Conc. Vat. II, Cost. *Sacrosanctum Concilium*, n. 36; Dich. *Optatam totius* n. 13.

18. In sanctuariis et in peregrinationum locis possibilitas celebrandi secundum *extraordinariam formam* coetibus peregrinorum id petentibus praebatur (cf. Litterae Apostolicae *Summorum Pontificum*, art. 5 § 3), si sacerdos adest idoneus.

19. Christifideles celebrationem secundum *formam extraordinariam* postulant, auxilium ne ferant neque nomen dent consociationibus, quae validitatem vel legitimitatem Sanctae Missae Sacrificii et Sacramentorum secundum *formam ordinariam* impugnent, vel Romano Pontifici, Universae Ecclesiae Pastori quoquo modo sint infensae.

### De Sacerdotibus idoneis

(cf. Litterae Apostolicae *Summorum Pontificum*, art. 5 § 4)

20. Quoad ea quae necessaria sunt ut sacerdos quidam idoneus habeatur ad celebrandum secundum *formam extraordinariam*, statuuntur:

- a) Quivis sacerdos, ad normam Iuris Canonici<sup>7</sup>, non impeditus, idoneus censetur ad celebrandam Sanctam Missam secundum *formam extraordinariam*;
- b) ad usum Latini sermonis quod attinet, necesse est ut sacerdos celebraturus scientia polleat ad verba recte proferenda eorumque intelligendam significationem;
- c) quoad peritiam vero ritus exsequendi, idonei habentur sacerdotes qui ad Sacrum faciendum secundum *extraordinariam formam* sponte adeunt et qui antea hoc fecerant.

21. Ordinarii enixe rogantur ut clericis instituendis occasionem praebant accommodatam artem celebrandi in *forma extraordinaria* acquirendi, quod potissimum pro Seminariis valet, in quibus providebitur ut sacrorum alumni convenienter instituantur, Latinum discendo sermonem<sup>8</sup> et, adiunctis id postulantibus, ipsam Ritus Romani *formam extraordinariam*.

22. In Dioecesibus ubi desint sacerdotes idonei, fas est Episcopis dioecesanis iuvamen a sacerdotibus Institutorum a Pontificia Commissione *Ecclesia Dei* erectorum exposcere, sive ut celebrent, sive ut ipsam artem celebrandi doceant.

23. Facultas celebrandi Missam sine populo seu uno tantum ministro participante, secundum *formam extraordinariam* Ritus Romani concessa est cuius presbytero, tum saeculari, cum religioso (cf. Litterae Apostolicae *Summorum Pontificum*, art. 2). Ergo, in huiusmodi celebrationibus, sacerdotes, ad normam Litterarum Apostolicarum, nulla speciali licentia Ordinariorum vel superiorum indigent.

7 - Cf. CIC, can. 900, § 2.

8 - Cf. CIC, can. 249; cf. Conc. Vat. II, Const. *Sacrosanctum Concilium*, n. 36; Decl. *Optatam totius* n. 13.

a) offrire a tutti i fedeli la Liturgia Romana nell'*Usus Antiquior*, considerata tesoro prezioso da conservare;

b) garantire e assicurare realmente a quanti lo domandano, l'uso della *forma extraordinaria*, nel presupposto che l'uso della Liturgia Romana in vigore nel 1962 sia una facoltà elargita per il bene dei fedeli e pertanto vada interpretata in un senso favorevole ai fedeli che ne sono i principali destinatari;

c) favorire la riconciliazione in seno alla Chiesa.

## II. Compiti della Pontificia Commissione Ecclesia Dei

9. Il Sommo Pontefice ha conferito alla Pontificia Commissione *Ecclesia Dei* potestà ordinaria vicaria per la materia di sua competenza, in modo particolare vigilando sull'osservanza e sull'applicazione delle disposizioni del Motu Proprio *Summorum Pontificum* (cf. art. 12).

10. § 1. La Pontificia Commissione esercita tale potestà, oltre che attraverso le facoltà precedentemente concesse dal Papa Giovanni Paolo II e confermate da Papa Benedetto XVI (cf. Motu Proprio *Summorum Pontificum*, artt. 11-12), anche attraverso il potere di decidere dei ricorsi ad essa legittimamente inoltrati, quale Superiore gerarchico, avverso un eventuale provvedimento amministrativo singolare dell'Ordinario che sembri contrario al Motu Proprio.

§ 2. I decreti con i quali la Pontificia Commissione decide i ricorsi, potranno essere impugnati *ad normam iuris* presso il Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.

11. Spetta alla Pontificia Commissione *Ecclesia Dei*, previa approvazione da parte della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti, il compito di curare l'eventuale edizione dei testi liturgici relativi alla *forma extraordinaria* del Rito Romano.

## III. Norme specifiche

12. Questa Pontificia Commissione, in forza dell'autorità che le è stata attribuita e delle facoltà di cui gode, a seguito dell'indagine compiuta presso i Vescovi di tutto il mondo, con l'animo di garantire la corretta interpretazione e la retta applicazione del Motu Proprio *Summorum Pontificum*, emana la seguente Istruzione, a norma del can. 34 del Codice di Diritto Canonico.

### De Episcoporum Dioecesanorum Competentia

13. Episcoporum Dioecesanorum, iuxta Codicem Iuris Canonici, est vigilare circa rem liturgicam, ut bonum commune servetur et ut omnia digne, pacifice et aequo animo in eorum Dioecibus fiant<sup>5</sup>, iuxta mentem Romani Pontificis in Litteris Apostolicis *Summorum Pontificum* palam expressam<sup>6</sup>. Si quae controversia oriatur vel dubium fundatum quoad celebrationem *formae extraordinariae*, iudicium Pontificiae Commissioni *Ecclesia Dei* reservatur.

14. Episcopo Dioecesano munus incumbit necessaria suppeditandi subsidia ut fidelis erga *formam extraordinariam* Ritus Romani habeatur observantia, ad normam Litterarum Apostolicarum *Summorum Pontificum*.

### De coetu fidelium

(cf. Litterae Apostolicae *Summorum Pontificum*, art. 5 § 1)

15. Coetus fidelium dicitur “stabiliter existens” ad sensum art. 5 § 1 Litterarum Apostolicarum *Summorum Pontificum*, quando ab aliquibus personis cuiusdam paroeciae constituitur, etsi post publicationem Litterarum Apostolicarum coniunctis, ratione venerationis Liturgiae in Antiquiore Usu, poscentibus ut in ecclesia paroeciali vel in aliquo oratorio vel sacello Antiquior Usus celebretur: hic coetus constitui potest a personis ex pluribus paroeciis aut dioecibus convenientibus et qui una concurrunt ad ecclesiam paroecialem aut oratorium ad finem, de quo supra, assequendum.

16. Si quidam sacerdos obiter in quandam ecclesiam paroecialem vel oratorium cum aliquibus personis incidens, Sacrum in *forma extraordinaria* facere velit, ad normam artt. 2 et 4 Litterarum Apostolicarum, parochus aut rector ecclesiae, vel sacerdos qui de ea curam gerit, ad celebrandum admittat, attento tamen ordine celebrationum liturgicarum ipsius ecclesiae.

17. § 1. Ut de singulis casibus iudicium feratur, parochus aut rector, aut sacerdos qui ecclesiae curam habet, prudenti mente agat, pastorali zelo, caritate et urbanitate suffultus.

§ 2. Si coetus paucis constet fidelibus, ad Ordinarium loci adeundum est ut designet ecclesiam in quam ad huiusmodi celebrationes fideles se conferre possint, ita ut actuosa participatio facilius et Sanctae Missae celebratio dignior reddi valeant.

5 Cf. CIC, cann. 223, § 2; 838 § 1 et § 4.

6 Cf. BENEDICTUS XVI, *Epistola ad Episcopos ad producendas Litteras Apostolicas Motu Proprio datas, de Usu Liturgiae Romanae Instaurationi anni 1970 praecedentis*, AAS 99 (2007) 799.

### La competenza dei Vescovi diocesani

13. I Vescovi diocesani, secondo il Codice di Diritto Canonico, devono vigilare in materia liturgica per garantire il bene comune e perché tutto si svolga degnamente, in pace e serenità nella loro Diocesi<sup>5</sup>, sempre in accordo con la *mens* del Romano Pontefice chiaramente espressa dal Motu Proprio *Summorum Pontificum*<sup>6</sup>. In caso di controversia o di dubbio fondato circa la celebrazione nella *forma extraordinaria*, giudicherà la Pontificia Commissione *Ecclesia Dei*.

14. È compito del Vescovo diocesano adottare le misure necessarie per garantire il rispetto della *forma extraordinaria* del Rito Romano, a norma del Motu Proprio *Summorum Pontificum*.

### Il coetus fidelium

(cf. Motu Proprio *Summorum Pontificum*, art. 5 § 1)

15. Un *coetus fidelium* potrà dirsi *stabiliter existens* ai sensi dell’art. 5 § 1 del Motu Proprio *Summorum Pontificum*, quando è costituito da alcune persone di una determinata parrocchia che, anche dopo la pubblicazione del Motu Proprio, si siano unite in ragione della loro venerazione per la Liturgia nell’*Usus Antiquior*, le quali chiedono che questa sia celebrata nella chiesa parrocchiale o in un oratorio o cappella; tale coetus può essere anche costituito da persone che provengano da diverse parrocchie o Diocesi e che a tal fine si riuniscano in una determinata chiesa parrocchiale o in un oratorio o cappella.

16. Nel caso di un sacerdote che si presenti occasionalmente in una chiesa parrocchiale o in un oratorio con alcune persone ed intenda celebrare nella *forma extraordinaria*, come previsto dagli artt. 2 e 4 del Motu Proprio *Summorum Pontificum*, il parroco o il rettore di chiesa o il sacerdote responsabile di una chiesa, ammettano tale celebrazione, seppur nel rispetto delle esigenze di programmazione degli orari delle celebrazioni liturgiche della chiesa stessa.

17. § 1. Per decidere in singoli casi, il parroco o il rettore, o il sacerdote responsabile di una chiesa, si regolerà secondo la sua prudenza, lasciandosi guidare da zelo pastorale e da uno spirito di generosa accoglienza.

§ 2. Nei casi di gruppi numericamente meno consistenti, ci si rivolgerà all’Ordinario del luogo per individuare una chiesa in cui questi fedeli possano riunirsi per ivi assistere a tali celebrazioni, in modo tale da assicurare una più facile partecipazione e una più degna celebrazione della Santa Messa.

5 - Cf. C.I.C. cann. 223 § 2; 838 §1 e § 4.

6 - Cf. BENEDETTO XVI, *Lettera ai Vescovi in occasione della pubblicazione della Lettera Apostolica «Motu Proprio data» Summorum Pontificum sull’uso della Liturgia Romana anteriore alla Riforma effettuata nel 1970*, AAS 99 (2007) 799.